



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

conferamus, apparebit in promptu
quàm sepè iracundias cãtilena re-
presserit, quàm multa in corporum
vel in animorum affectionibus mi-
randa perfecerit.

CAP. XXIII.

Hoc ca-
pite agit
de Alle-
luia, tra-
ctu & se-
quentia.

Post hæc sequitur Alleluia.
Adorabo, &c. Alleluia He-
braicum est, & interpretatur Lau-
date dominum. Tres enim lingua
sunt, quæ inter alias excellunt. He-
braea propter legem, Græca propter
Sapiëntiam, Latina propter regnũ
& his tribus claruit crucis titulus,
& in his tribus Missa cantatur: ni-
Kyrie eleison græcum est, O sanna,
Sabaoth, Alleluia, Hebraica. Post
Graduale ergo dicitur Alleluia,
quia post pœnitentiam ineffabilis la-
titia. Psalm. Qui seminant in la-
chrymis, in exultatione metēt. Eui-
tes ibant & flebant, &c. venientes
autem ventent, &c. Remansit autē

hoc

C. TRACTAT. 61

hoc nomē *Hebraicum*, quod ineffabilem notat letitiam, non interpretatum; ut *pigrinum* est vocabulū, gaudium mysticaret ignotum, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, & ideò potissimè illo tempore frequentatur, quo *Christus* resurrexit à mortuis, in quo nobis gaudium eterna beatitudinis designatur. Verbum hoc modicum in sermone neumatizando protrahimus, ut mens repleta stupore & extasi rapiatur illuc, ubi erit perpetua vita sine morte, dies sine nocte, certè sine fortè, incunditas sine dolore, tranquillitas sine labore, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine perversitate, veritas sine fallacia, charitas sine malitia, felicitas sine miseria. Unde in diebus luctus, & maximè à Septuagesima usq; ad Pascha non dicitur *Alleluia*, quia *Musica* in luctu nar-

Eccl. 22.

narratio est importuna: tempus enim illud Babylonicæ captiuitatis fuit, in qua patres nostri super flumina Babylonis fleuerunt, & in salicibus eius ne canerēt, sed magis gement pro exilio suo, sua Organa suspenderunt. Dicitur autem Tractus illo tempore, qui lucum. Etum significat pro incolatu presentis miserie, sicut scriptum est: **Psal. 119.** Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Ut Tractus à trahendo dicitur, eò quòd Sanctorum suspiria ab imo trahuntur pectoris, siue pro dilatione patrie, siue pro incolatu miserie. Unde duo sunt genera Tractuum: quidam pertinentes ad irrighum superius, ut Iubilate, Laudate: quidam ad inferius, ut De profundis, &c. quod autem repetitur Alleluia, quando non est Tractus vel Sequentia, duplicem significat stolam Sanctorum, quam habituri

TRACTAT. 63

turi sunt Sancti in patria: carnis,
 quia fulgebunt sicut sol, & tan-
 quam scintille in arundineto dis-
 current: & mentis, quia exulta-
 bunt Sancti in gloria, & letabun-
 tur in cubilibus suis. Additur au-
 tem Sequentia, & non protrahitur
 secundum Alleluia, sed Sequentia
 loco eius canitur, per quam eterna
 gaudia & Sanctorum laudes de-
 signantur. Unde scriptum est:
 Beati qui habitant in domo tua do-
 mine, in secula seculorum lauda-
 bunt te. Unde & sequentia maxime
 in consecrationibus & dedicationi-
 bus ecclesiarum dicitur, verba conti-
 nens laudabilia, & dulcedine carnis
 plena, in signum sanctorum igne san-
 ctispiritus ardentium, & dulciter con-
 cordantium, ut in ista Sequentia dici-
 tur: Rex Salomō facit templū, &c.
 & sequitur, In hac casa cūcta vasa,
 sunt ex auro de thesauro Salomonis
 peni-

Sap. 3.

Psal. 149.

Psal. 86.

penitus. Nam magistros & mini-
 stros docet doctos, & excoctos igne
 S. Spiritus. Et in illa similiter: Al-
 ma chorus domini, &c. Psalm. Sa-
 cut letantium omnium habitatio
 est in te. Dicitur autem quod No-
 cherus Abbas S. Galli de terra
 Teutonicorum post sequentias com-
 posuit. Nicolaus Papa eas in Eccle-
 sia cantari instituit.

CAP. XXIII.

De Euā-
 gelio, cur
 q; magis
 benedi-
 citur Dia-
 conus,
 quā
 Subdia-
 conus.

Lecturus Euangelium Dia-
 conus ascendit pulpitem, & Sa-
 cerdos similiter cū legit sine Dia-
 cono. A dextera transit ad sinistra,
 & uterq; versus Aquilonem; sed
 transitus à dextera in sinistram
 significat: Primò, quia Christus ve-
 nit non vocare iustos, sed peccato-
 res. Illi enim per dexteram, hi per
 sinistram designantur. Secundo,
 quia cultus fidei primò fuit in popu-
 lo Iudeorum, deinde transfuit ad

gen-